

1572^o, 30. Julij

Ex Mss. Bibl. Lat. N. 361.

L i t e r a e
à Pontifice Romano,
ad Ordines Regni Poloniae,
cum in scripta legatione
missa.

Vide Legationem sub
Anno 1573 et 8 Aprilis.

Gregorius P. XIII.

48

Dilecti Filii, Salutem & Apostolicam benedictionem.

Obitus Regis Vri, cum primum ad nos delatus fuit, tantam
Vobis attulit istius Regni salutis sollicitudinem, ut cum eo
tunc temporis nullam aliam rationem possemus significare melius
quam nostri atque Apostolicae Sedis de latere legati praesentia,
statim litteras daremus ad Cardinalem Comendatum, ut quum
isthinc discessisset, tumen omnialio negotio relicto, quam pri-
mum rediret, cui etiam antea, audita Regis aegritudine
iusseramus ne discederet, in quo libentissime huius Cardinalis
opera usi sumus, tum quia eum Vestri atque Universi istius
Regni amantissimum, maximèq; de Ora tranquillitate, & salute
sollicitam cognovimus, tum etiam quia eius fidem & prudentiam
singulari cum innocentia & solertia conjunctam semper
haec Apostolica Sedes experta est, ut aut non dubitamus, semper
Vobis perspectam fuisse paternam ac perpetuam Sum-
morum Pontificum erga istud Regnum benevolentiam, sic vo-
lumus, ut Vobis omnia a Nobis polliceamini, quaecumq; pos-
sunt a paterna voluntate expectare Filii Optimi & charissi-
mi. Hoc aut tempore hortamur, ut primum Omnium ad
Deum confugiatis, in cuius manu sunt Omnium potestates,
& omnium iura Regnorum, primum ut ei gratias agatis, quod
Vobis liberum reliquerit Regnum, cui maxime velletis deferenti-
di, eumq; potissimum diligendi, quem optimum judicaveritis,

maxi
ll

maximèq; idoneum, ad res Vras gubernandas, tuendas, amplifi-
candas, Neq; Vos necessitate Obstrinxerit, cum Regem accipi-
endi, quem hereditaria Successio tribueret, tum ut eidem Deo
Supplicetis, ut in hac tam gravi, tamq; ad istius Regni salute
necessaria Deliberatione, Sanctissimum Vobis Spiritum suum
infundat, quiq; novit Corda Omnium, eum Vobis potissimum
ostendat, cui & Vra Salus & Dei ipsius honor & gloria ma-
ximè cordi futura sit. In quo sic cogitate, Vos hujus be-
neficii Regis eligendi, nullam posse Divinæ bonitati major-
em gratiam referre, neq; melius Vobis ipsis ac Vra Sa-
luti consulere, quam si Regem, maximè piū, ma-
ximèq; Catholicæ Religionis observantem elegeritis, atq;
hæc quidem Vobis Omnibus Communia sunt, illa vero Bri-
tannicis, Cæterorumq; Episcoporum propria, et quemadmodum
possident primum dignitatis gradum, sic quoq; primi vigileat,
ad ea quæ communem utilitatem & salutem pertinent, me-
minerintq;, quo a cæteris Terræ curis solutiores sunt,
et impensius debere, in hæc Communis Salutis ac Dei
honoris causam incumbere, (cæteros omnes hortamur), ut cogi-
tent illud verè maximèq; bonum esse, quod è maximè cum com-
muni utilitate & salute conjunctum, quæ sola ratio potest splenda-
rem istam ac nobilitatē, Regisq; deligendi libertatē Vobis conservari
re, & posteris tradere, neq; ulla res tanta sit, ut majorem vobis
curam afferat Vestræ private utilitatis, qm Regis deligendi, in
Deum pii, in Populos justis, in hostes fortis, quæ Vobis contingere
& cupimus, & à Deo Bonorum Omnium datore qntū possumus pre-
camur. Quicquid aut' erit, tum in præsentis negotio, tum cæteris omni-
bus in rebus, in quo possumus Vobis, atq; Regno utilitati esse, offe-
rimus Vobis, quicquid plane valemus, qd à nro Legato fusius ac-
cipietis, cui summam fidem habebitis. Datt Romæ, apud Sm,
Petrum, sub Annulo Piscatoris, à 30. Julij. 1711. Pontif-
nri Anno primo. 9

Alit Buccapadulius.